

353 Disp.IX.Part.VI.de motu grauiū & leuiū. 354

*causare illud in se minus eminentiori modo, at-
tamen in quantum est in potentia ad illud, &
non habet illud, sic posse bene causare illud in
se minus eminentiori modo.*

*Ad secundam confirmationem respondreas,
illud à se primo posse intelligi dupliciter, primo
quod idem sit, ac moueri secundum se totum, &
sic neganda est maior: Secundo intelligitur à se
primo in primo modo dicendi per se, & tunc
concedenda est maior, & totum argumentum;
nam certum est in hoc sensu mixta non moueri à
se primo, sed à se in secundo modo dicendi per se.*

*Ad tertiam confirmationem dicas Aristotelem intelligi de potentia activa agente, & pro-
ducente entitatem, non verò de potentia mo-
uente, que tantum est acquisitionis ubi: concedo
ergo autoritatem de potentia activa agente,
non verò de potentia activa simpliciter mo-
uente.*

*Ex quo, vt iam ad quartam confirmationem respondebis, admittendo autoritatem de
passo, & vero agente; non verò de agente mo-
uente tantum.*

*Ad septimam rationem aliqui concedunt
celos moueri à propria forma: sed posito quod
moueantur ab intelligentijs, dicendum erit esse
disparitatem; ideo enim celi non mouentur à
se, quia sunt in suo loco proprio, & naturali. At
mixta, dum mouentur, supponuntur non esse
in suo proprio loco, & naturali.*

*Ad octauam: Concessa majori, nega minori:
& ad eius probationem dic totum illud us
se verum respectu virtutis motiū; at respectu
resistentiæ medij, nega: vnde in vacuo æquali
tempore moueretur tota mola, & eius medietas;
quia melius vincit resistentiam medij; at medie-
tas mola non ita velociter, quia non ita facile
potest vincere resistentiam medij.*

CLYPEVS QVARTVS.

Respondetur rationibus secundi:

Clypeo.

*A*d primam concede maiores, nimirum
quod agens debeat esse in rerum natura, &
indistans, aut in se, aut in sua virtute: vnde ad
minorem dices, quod licet in se non sit in rerum
natura, est tamen in sua virtute.

*Ad secundam: Neganda est maior de motu
naturali; concedenda verò de violento.*

*Ad tertiam: Concedunt aliqui moueri qui-
dem à grauitate, & levitate, sed instrumentaliter;
a generante verò principaliſter. Alij verò
dicunt grauitatem, & levitatem concurrere per
modum principij passus disponentis mobile, vt
melius moueat à generante.*

*Ad quartam: Neganda est paritas de illo
calore producto, & de grauitate, & levitate;
nam calor productus in stupa non est disposi-
tio naturalis caloris producti in ferro; at acqui-
sitione loci deorsum in re graui pertinet ad dispo-
sitionem naturalem rei graui & proinde gene-
ranti rem grauem debet illi dare acquisitionem
illius motus deorum.*

*Ad quintam: Concessa majori nego mi-
norē; dicetur enim generans esse causa que-
tis rei graui in suo centro, seu loco naturali.*

*Ad sextam: Dices disrupti illud filum, il-
ludque graue deorsum ferri virtute generantis.*

*Ad septimam: Nega maiorem de eo, quod
post quietem naturalem indiget alio: concede
verò de eo, quod post quietem naturalem, &
quietem violentam indiger; at lapis licet indi-
geat extrinſeco motore, vt se moueat post quietem
naturalem, attamen non indiget, vt moueat
post quietem violentam. Aut respondes in
forma: illud non mouetur à se, quod ad hoc vt
post quietem naturalem moueat, naturaliter
indiget extrinſeco motore, concedo; at quod
indiget extrinſeco motore, vt moueat violenter,
nego maiorem: lapis ergo in quiete natu-
rali positus, cum moueat ab extrinſeco agen-
te, moueat violenter; quia erat naturaliter in
sua quiete per suam grauitatem: quod verò la-
pis positus sursum indiget ad inchoationem
sui motus naturalis remouente, quod est prohibi-
bens, hocce habet per accidens ad illum motum
naturalem; per se enim moueat ille lapis, remo-
biente ad locum deorsum.*

*Ad octauam dices, non esse intentionem Ari-
stotelis comparationem illam undequeaque
valere, sed tantum in hoc sensu: sicut habens
scientiam statim considerat, nisi aliunde impe-
diatur, ita habens, grauitatem statim mouet
à sua grauitate, nisi aliunde impediatur; non
quidem vt causā principali, seu ut quod, sed ut
quo: vnde comparatio non est talis vt sicut intel-
ligens per seipsum intelligit; sic graue per se-
ipsum moueat: non inquam hæc est mens Ari-
stotelis.*

DECISIO.

*R*esolutio: Graui, & leuiā mouentur à seipsum

*Num. 5.
Solvuntur
rationes pro-
bantes gra-
uia & leuiā
moueri à se
ipsum.*

Ad primā.

*Ad secun-
dam.*

Ad tertią.

Ad quartā.

*Ad quin-
tam.*

Ad sextā.

Ad septimā.

Ad octauā.

Ad novam.

Ad decimam.

*Ad undevi-
gintam.*

Ad vici-

Ad vici-